

ta ac terribilis divini iudicij cōsternatus trepidarit. Cōcludamus hoc caput dicto B. Jacob. c. 5. *Patientes igitur estote, fratres, & confirmate corda vestra: quoniam adventus Domini appropinquabit. Nolite ingemiscere fratres in alterutrum: ut nō iudicemini. Ecce iudex ante januam assistit.*

CAPUT LVI.

TEMPORE CRUCIS ASPICIENDUM esse exemplar Christi patientissimi, una cum æternis gaudijs: per quæ duo afflictio quantumvis magna mitigatur.

Lucæ 24. *Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?*

Filius dei Christus Jesus per sanctissimā suam incarnationem, omnem Christus omnium hominū miseriam in se recepit. totius humani generis miseriam & calamitatem in se recepit, nō compulsus ex necessitate, verum ex amoris purissimo, ut nos proprio exemplo patientiam doceret, artemq; aureā crucem bajulandi, & ærumnas hujus vitæ superandi nobis traderet. Quemadmodum autem homo futurus, necessario nihil humani à se alienum debebat putare, velut est omne gen⁹ miseriarum, cui